

spectatur, & juxta illam pœna delicto applicatur; quo pacto etiam pœna major minorem absorbet. Tabor in *Racemationib.* p. 517. num. 3. v. gr. fur deprehenditur in furto, qui tamen arma subinde gerit, qui si juxta deprehensionem debeat puniri, saltem juxta *Artic. 158.* ad numellas exponendus & relegandus erit: Sed licet deprehensio furem aggravet, attamen quia & ipse cum armis deprehensus est, juxta hanc causam magis aggravantem puniri debet, ita, ut suspendatur.

## ARTIC. CLXIV.

*De furibus impuberibus.*

Von jungen Dieben.

**S** Der Dieb / oder Diebin / ihres Alters unter vierzehnen Jahren wären / die sollen umb Diebstal ohne sondere Ursach / auch nicht vom Leben zum Todt gericht / sondern der obgemeldten Leibsstraff gemäß / mit sammt ewiger Urphede gestrafft werden. Wo aber der Dieb nahe bey vierzehnen Jahren alt wäre / und der Diebstal groß / oder obbestimmte beschwerliche Umstände so gefährlich darbey gefunden würden / also daß die Bosheit das Alter erfüllen möchte: So sollen Richter und Urtheiler deshalb auch ( wie hernach gemeldt / ) Raths pflegen / wie ein solcher junger Dieb an Gut / Leib oder Leben zu straffen sey.

## AD ARTIC. CLXIV.

## ARGUMENTUM.

*Fur infra quatuordecim annos adhuc subsistens ob furtum absque gravissimis causis non capitaliter, sed saltem corporaliter, tamen prestita urpheda puniendus est: quod si verò non procul absit à quatuordecim annis, furtum verò fuerit magnum, aut cum effractione vel conscensione edium admissum, ita ut malitia etatem supplere possit, eo casu Judices Jurisconsultorum consilium requirent, quo pacto ejusmodi puniri mereatur.*